

V C
2620



A



כהנ"ז

VALEDICTIONEM
SEX ADOLESCENTUM,

QVI

TENUS HAC PII, DILIGENTES ET OB-
SEQVENTES FUERUNT IN SCHOLA
PUBLICA

DISCIPULI,

FUTURO IV. MAJI, HORA VIII. ANTE-
MERIDIANA HABENDAM

DOMINIS SCHOLARCHIS, PATRONIS
ET PROMOTORIBUS
INTIMAT

JOH. AUGUSTINUS EGENOLFUS,
CRUCIANI RECTOR.



DRESDÆ,
TYPIS BERGENIANIS.





VER NOBIS EX ANNO SUBLATUM EST.

ta, Lector Benevole, amœno Veris tempore, omnia qvo rident, libero ore exclamare non erubesco. Auctorem proverbii Gelonem monstrat Syracusanorum Tyrannum Cœl. Rhodig. antiq. lect. XVI. 9. & Erasmi Chiliad. IV. cent. V. 60. quod Pericles frequenter in ore habuisse dicitur ab Aristot. Rhet. I. 7. Quid sit, NOBIS sanè VER SUBLATUM EST HOC EX ANNO, non quidem quod desit florum & herbarum, quæ ex terræ sinu prodire solent, copia & varietas, nec quod sylvarum & hortorum insigne decus, arborumque frondes & folia, & quas adversus tempestatis injuriam tutelas fructuum ferunt, perierint; nec quod ad intermissas hactenus omnis generis voluptates bestiolæ non redeant & animantes; nec quod avicularum natio hilari Veris lætitiâ gestu minus excipiat. Videmus omnino primulas, violas, tulipas, & plura alia, quæ ad exultantem Zephyri spectant familiam. Videmus arbores in sylvis & hortis, quæ ramos expandunt novas in frondes, & gemmarum purpurâ, quam induerunt, luxuriant, adeo, ut quem vivus ille & natus in ligno ornatus non delectet, stipite deterior sit & durior ligno. Prodeunt etiam feræ suo, in quo hyemaverant, è cubili, & quotidie cervos, lepulos, vulpeculas etiam videre licet, si per portam exeas & paulum digrediaris ab urbe. Ut taceam jumenta equos nempe, tauros cum vitulis suis, capros præterea &, quæ florentem quærunct cytisum, capellas; gestiunt enim partim & lasciviunt, partim pascunt & oberrant. Quid, quæso, Aviculæ? nonne DEO gratias agunt concentu suavissimo? hominibus verò gratulantur, sibi que gaudent de tam grata naturæ & temporis permutatione. Gracilipes illa Pietaticultrix, Crotalistris gratam sibi Veris temperiem admiratur. Revixerunt Hirundines, quæ putabantur mortuæ non ita pridem, & suprema noctis à vigilia trinsant. Alauda DEUM laudat. Luscinia dum canticum garrit, crispat vocem, & quæ non

Avia jam resonant avibus virgulta canoris?

Accedit gloriosæ tempus resurrectionis, quo miranda de victoria triumfum canit CHRISTI Servatoris, quam in terris collegit sibi, Ecclesia. Mortem enim, quæ à nullo superari poterat, sua devicit morte, Satanæ repressit impetus & furores, & plurimis nos undique cinctos periculis & ab hoste omnium potentissimo obsessos liberavit, nec in Arabiam felicem, aut aliam, angustis quæ finibus circumscripta est regionem, sed latissimum illud & florentissimum cœlorum regnum viam nobis & aditum, qui satis diu fuerat interclusus, patefecit. Qvis non gaudeat? quis non exultet? quis non lætetur? Hæc est dies, hoc est tempus, quod fecit DOMINUS, exultemus & lætemur in eo. Canamus cum tripudio: Halleluja, Victoria; Victoria, Halleluja.

His tamen non obstantibus Universo Electoratu Saxonico VER EX ANNO SUBLATUM EST, quando præterito XX. Martii, brevi ante quartam matutinam *Serenissima quondam, nunc vero Beatissima Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, Electorissa Saxonie, natu Marggravia Brandenburgensis & Ducissa Prussie, &c. &c. Serenissimi olim & Potentissimi, sed nunc itidem Beatissimi Domini, Dn. JOHANNIS GEORGII SECUNDI, Ducis Saxonie, Juliae, Clivie & Montium, Sacri Romani Imperii Archi-Marschalli & Electoris, Landgravii Thuringie, Marchionis Misnie, Superioris etiam & Inferioris Lusatie, Burggravii Magdeburgensis, Principali dignitate Comitum Hennebergensis, Comitum de Marca, Ravensberg & Barby, Domini in Ravenstein &c.* gloriosissimæ recordationis, relicta Princeps Vidua, subito admodum Omnipotentis DEI manu tacta rebus humanis valedixit, & Incola, imo Civis regni cœlorum facta est.

Nata

Nata hæc Baruthi ipsis Novembr. Calendis nocte inter horam X. & XI. anno salutis M DC XII. Parentibus Serenissimis & Celsissimis, Domino CHRISTIANO, Marchione Brandenburgensi, in Prussia, Stetini, Pomeranorum, Cassubiorum, Vandalorum, Crosnae & Carnovia in Silesia Duce, Burggravio Norimbergensi & Principe Rugia. Matre vero Domina MARIA, nata & conjugata Marggravia Brandenburgensi, Ducissa Prussia, &c. &c. Vixit cum Serenissimo, quem nominavimus, Electore auspiciatissimo in Conjugio, quippe divinitus benedicto, ab anno M DC XXXVIII. d. 13. Novembr. usque ad 22. Augusti M DC LXXX. quo valedixit rebus humanis intra VI. & VII. vespertinam Anima desideratissima, DEO gratissima. Tam sancto in Conjugio supremi Patris providentia ter-geminam ex se vidit Sobolem, Sibyllam, Mariam d. 16. Septemb. M DC XLII. natam, sed sequentis statim anni 27. Febr. denatam. Erdmutham Sophiam, quæ 15. Febr. M DC XLIV. in lucem edita, cum ætatis annum decimum octavum egressa esset, Serenissimo ac Celsissimo Principi ac Dn. Dn. CHRISTIANO ERNESTO, Marchioni Brandenburgensi, Magdeburgensium, Prussorum, Stetinensium, Pomeranorum, Cassubiorum, Vandalorum, Crossensium & Carnoviensium Duci, Burggravio Norimbergensi, Principi Halberstadensium, Mindensium & Caminensium matrimonio juncta est apud nos sollemnissime. Verum die XII. Jun. M DC LXX. maximo cum luctu suorum, & inter hos universæ domus nostræ Electoralis, maturius, ut nobis quidem visum, extincta. Tandem die 20. Junii M DC XLVII Serenissimum & Potentissimum Electorem nostrum & Dn. Dn. JOHANNEM GEORGIUM TERTIUM, &c. &c. &c. Dominum nostrum Clementissimum, qui seculi hujus JOSAPHATUS, ut omnem tenuitatis nostræ laudem longè supergreditur, ita nihil possumus amplius, quam ut Serenissimam ejus Celsitudinem, una cum Sereniss. Conjugis & Domine, Dn. ANNÆ SOPHIÆ, regio Danorum sanguine prognata, Patriæ Matris bonorum omnium votis quàm maxime expetita Celsitudine, Serenissimis itidem Dominis Filiis, Domino JOHANNI GEORGIO QVARTO, Electoratus Saxonici secundum aureæ Bullæ tenorem Herede; & Domino FRIDERICO AUGUSTO, Principibus & Dominis nostris clementissimis, assidui & accubui devotis & ardentibus precibus beneficentissimæ Omnipotentis DEI ac DOMINI nostri protectioni & tutelæ humillimè commendemus.

Ita immortalis Beatissima nostra in viduitate relicta sex annos exegit, septemque menses, ne utiqvam verò luxuriæ & voluptatibus se dedit, sed CHRISTO suo, qui dilexerat illam ab æterno, cui & ipsa, purioris ad instar, quod Magnes trahit, ferri, indivulso adhæserat nexu, toto serviens pectore, quod in hoc uno & solo summa ac ultima hominis felicitas posita sit, certò sibi persuasit. Hujus autem jussu & manu ductione præterita, quæ à palmis nomen habet, Dominica, palmarum Urbem ingressa est, non sine palmis, ubi de mundi miseris triumphans DEUM, qui unus in essentia & trinus in personis, sine fastidio amat, sine satietate colit & sine fine intuetur, nullius fortunæ injuriam metuens & aviditatem. Quia verò vitæ illius satis diuturnæ, ut & abitus beatissimi prolixior historia à Viris magni nominis & dignitatis alio loco publicè futuris diebus exponenda est, nos nullius, nisi tenuitatis & infirmitatis imo in subsellio nobis conscii manum hic de tabula. O utinam junam adhuc superasset æstatem Beatissima Patriæ Mater, ita enim Crucis nostræ turris explosis tormentis signa paschalis dedisset lætitiæ; ita Musica, quam Instrumentalem vocant, non tacuisset penitus in festo scholastico, quod vulgò Gregorianum; ita per dies non paucos oculis & auribus nostris egregia Principum & Generosorum exercitia essent exhibita, quibus quantum robore & collineandi notitia illustres adeò valeant manus, experimento non minus, quam lusu docere potuissent; ita, nisi fallor, nox, diei æmula, magna sub flammaram & figurarum varietate ignita vibraffet jacula, & sine ruina & strage publico litasset gaudio & futuræ Principum felicitati, ut svavitatem taceam
thea.

70. 2520 77
theatrorum & chorearum venustatem, quam lepidissimi tot Rosciorum motus solent effigiare. Cessant autem hæc omnia, quando Patres in Palatio, Justitiæ Præsides in Collegiis & Curia, Chrysofomi & Ambrosii in Ecclesia pullati incedunt, tristiqve firmate verrunt humum. Epicharmi etiam & Gamalieles cum ducentis, scholas qui publicas frequentant, discipulis, pallidæ mortis, quæ pauperum tabernas Regumque turres æquo pede pulsat, non immemores, Crucis vexillum novo, eoque longiori amiculo sequuntur. Nullibi tubarum & tympanorum auditur concentus, desunt melodiæ, desunt modi, nullum est, quod oblectet nos amplius, chroma. Qvis, quæso, ausit concordem citharæ & panduræ adhibere discordiam? quis Hypaten, Mesen aut Neten attingat, quibus alias vel arbores trahere possit, & saxa movere loco? Sic nimirum VER NOBIS SUBLATUM EST EX ANNO, Deusque, qui profecto, quæ gerimus nos, auditque & videt omnia, vindictatum it nequitiam nostræ ætatis, ut positis ex auro & purpura ornamentis vel festis diebus lugubria & funebres induamus vestes, nec quisquam, veræ qui pietati studet, dum nigra est luctu civitas, vultum serenitatis audeat usurpare.

Nos Electorissæ beatissimæ, omnia cui debemus pietatis officia, dulcem in sinu Goëlis sui requiem, ossibus autem & cineri exoptatum in Electorali Mausoleo comprecati refrigerium ad catenam laborum redimus, ut munere, quod impositum est, partes expleamus.

Sunt nimirum ex nostris, qui relicto, in quo desudarunt hætenus, trivio ad altiora se conferre decreverunt studia, quapropter futuro IV. Maji audita hora VIII. matutina publicè dicturi sunt è Cathedra, & quidem.

1. CHRISTIANUS Seyffert / GEISINGENS. ex libr. I. Offic. Ciceronis commendabit *Sapientiam*, quod sit rerum divinarum & humanarum *scientia*.
2. GEORG. CHRISTIAN. Schumann / BELGERENSIS, de *Concordia*, quam in forma Virginis sistet, Chria differet brevi.
3. JOH. CHRISTOPH. Graun / STRIGNICENS. de *vitando aget pravo sodalitie*, ex emblemate, in quo ater Carbo, cum inscriptione: SI TANGIT, TINGIT.
4. ANDREAS Meurer / LIPSIENSIS, *Amicitia* exhibebit emblemata, in quo duæ Alcedines, cum epigraphe: NUNQVAM A LATERE.
5. JOH. EPHRAIM Zapfe / WESENSTEINENS. *Liberalitatis* elegit emblemata, Nubem nimirum supra hortum floribus amæno Veris tempore undiq; exornatum, destillantem, apposito cum dicto: DIVES IN OMNES.
6. JOH. FRIEDRIDUS Sßwald / DRESDENSIS, occasione emblematis, in quo Vitis frugifera ab ulmo sustentata, cui adscriptum in circumferentia: PRO FULCRO PORRIGO FRUCTUS, de *Gratitudine* differet & simul Patronis, qui ut audiant clientes, qua par est, reverentia & honore invitantur, ut & Præceptoribus tam suo, quam reliquorum Commilitonum nomine plurimis pro beneficiis pias aget gratias, atque sic Scholæ nostræ valedicet.

Non fuerunt hi è Nebulonum numero, quorum unus alterque seipos excluderunt non ita pridem; sed pii, diligentes, obsequentes & modesti, quibus & posthæc benedictione sua DEUS adesse velit, ut Spiritus Sanctus in omnibus & singulis habitet, tam quoad essentiam, quam quoad dona. Quod ut ardenti illis precor pectore, ita benevola mente manuque relationem, quæ hætenus fuit inter nos, dissolvo, & inante Discipulos, post Amicos è manu ductione Scholastica dimitto. Dresdæ Iphis Maji Calend.

M DC LXXXVII.

os (o) so

mo-
atio,
ccle-
tiam
pal-
alfat,
ntur.
, de-
væfo,
aten,
mo-
NO,
indi-
entis
veræ
ufur-

lcem
orali
aune-

rivio
udita

onis
rum

dia,

avo
CAN-

a, in

em-
pore
NES-
ema-
cum-
e dis-
tia &
rum
atqve

eipfos
i, qui-
is in
Qvod
n, quæ
na-

ULB Halle

3

004 777 956







VER NOBIS EX ANNO SUBLATUM EST. ta, Lector Benevole, amœno Veris tempore, omnia qvo rident, libero ore exclamare non erubesco. Au- orem proverbii Gelonem monstrat Syracusanorum Tyrannum Cœl. Rhodig. antiq. lect. XVI. 9. & Erasim. Chiliad. IV. cent. V. 60. qvovd Pericles frequenter in ore habuisse dicitur ab Aristot. Rhet. I. 7. Qvicqvod sit, NOBIS fanè VER SUBLATUM EST HOC

varietas, nec qvovd sylv- des & folia, & quas a- runt, perierint; nec qvov- tes bestiolæ non redeat- Veris lætitiã gestu mi- lipas, & plura alia, qvov- arbores in sylvis & hort- marum purpurã, qvam- tivus in ligno ornatus no- deunt etiam feræ suo, in- pusclos, vulpœculas eti- grediãris ab urbe. Ut ta- capros præterea &, qvov- enim partim & lasciviun- læ? nonne DEO gratias- lantur, fibiqve gaudent- Gracilipes illa Pietaticu- miratur. Revixerunt- dem, & suprema noctis- scinia dum canticum gar-

Avia jam re- Accedit gloriosã tem- fum canit CHRISTIS- Mortem enim, qvov- a nul- pressit impetus & furores- ste omnium potentissime- aliam, angustis qvov- finib- & florentissimum cœloru- interclusus, patefecit. C- tetur? Hæc est dies, hoc e- temur in eo. Canamus cu-

His tamen non obst- ANNO SUBLATUM ES- tam matutinã Serenissim- MAGDALEN- tu Marggravia Brandenbu- & Potentissimi, sed nunc it- GII SECUNDI, Ducis Sa- Imperii Archi-Marschalli e- sniæ, Superioris etiam & In- cipali dignitate Comitissæ Hennebergensis, Comitissæ de Marca, Ravensberg & Barby, Domini in Ravenstein &c. gloriosissimæ recordationis, relicta Prin- ceps Vidua, subito admodum Omnipotentis DEI manu tacta rebus humanis valedixit, & Incola, imo Civis regni cœlorum facta est.



desit florum & her- dire solent, copia & , arborumqve fron- utelas fructuum fe- nis generis volupta- cularum natio hilari primulas, violas, tu- amiliam. Videmus in frondes, & gem- vem vivus ille & na- durior ligno. Pro- qvovdodie cervos, le- exeas & paulum di- ros cum vitulis suis, apellas; gestiunt- Qvid, qvov- so, Avicu- minibus verò gratu- ris permutatione. eris temperiem ad- mortuæ non ita pri- CUM laudat. Lu- ris? a de victoria trium- git sibi, Ecclesia. morte, Satanæ re- s periculis & ab ho- biam felicem, aut sed latissimum illud , qvov- satis diu fuerat ultet? quis non læ- S, exultemus & læ- Victoria, Halleluja. axonico VER EX ii, brevi ante qvar- i Domina, Domina orissa Saxonie, na- . Serenissimi olim HANNIS GEOR- um, Sacri Romani æ, Marchionis Mi- deburgensis, Prin- cipali dignitate Comitissæ Hennebergensis, Comitissæ de Marca, Ravensberg & Barby, Domini in Ravenstein &c. gloriosissimæ recordationis, relicta Prin- ceps Vidua, subito admodum Omnipotentis DEI manu tacta rebus humanis valedixit, & Incola, imo Civis regni cœlorum facta est.

Nata